2090 arca. *Villa di S. Ilaria* 5 m. p. ab Asolo ad turrim campanariam ecclesiae. Vicum Musile non longe ab S. Hilariae in chartis dici Misquile auctor est GUERRA, cui fidem ne habeas temere.

in latere: scutum et hastae duae — genius tabellam sustinens

D M
C · VETTONIVS · FABIA · MAXIMVS · VETERANVS
EX · MILITIA · REVERSVS · VIVOS · IPSE · SIBI · FECIT · INQVE · MEMORIAM
SVI · ET · COLENDE · SEPVLTVRE · ROSIS · ET · ESCIS · PAGANIS·MISQVILEN
IS · N · ƆCCC · DEDIT · EX · CVIVS · SVMME · REDITV ·ROSAM·NE·MINVS·EX
IS · N · XVI · POSVISSE ·VELLINT· ET· RELIQVVM ·QVOT·EST·EX·VSVRIS·ES
CAS · ROSALES · ET · VINDEMIALES · OMNIBVS · ANNIS · PONI·SIBI·VOLVIT
ET·LOCO·VTI·IVSSIT

in latere: genius tabellam sustinens — scutum et hastae duae

Citat titulum '*in S. Ilario di Caio Vetonio*' iam Bonifaccio (*hist. Trivigiana* 1591 p. 18), sed neque ipse edidit neque alius quisquam per longum tempus. Zenus (ms. inter Mur. et *lett.* 1, 339) misit Muratorio Venetiis 22 Aug. 1705, item Scotius eidem Tarvisio 22 Febr. 1732. Edidit primus quod sciam Seb. Melchiori professor Patavinus in eph. *Novelle della repubblica delle lettere* in a. 1729 (Venetiis) p. 87. Deinde prodiit a. 1734 apud Calogerà 10, 496 (inde Orelli 4419). Denuo Lazzari edidit aere expressam apud eundem Calogerà 15 (1737) p. 361 sq. (inde Mur. 867, 8, quamquam non Lazzarum, sed Scotum auctorem laudat), diverse (adhibito Muratoriano typo?) 40 (1749) p. 392. Pococke cod. 22994 f. 112 principium dat. Guerra *dilucid. di Asolo* (1805) p. 56 et *descr. di un urna marmorea disotterrata nel pago di Misquile* (1809. 4. pp. 26), etsi dat aere incisam, tamen pendere videtur a Lazzaro. Furlanetto lap. Pat. p. 190 n. 184 ex lapide suo iussu collato.

3 VIVOS om. Scoti. — ESSE pro IPSE Zen., IPSE om. Lazz. — 4 MISQVIIEN Zen. — 5 SVMMÆ Calog. 10. — NE om. Calog. 10. — 6 ROSVISSE Cal. 10. — VELLINT Lazz. Furl., VELINT Melch. Zen. Scoti Cal. 10. — 8 FI LOCO VII IVSSV Zeno ms.

2091 in villa Queri agro Tarvisino super ostio domus cuiusdam rustici FELIC. Queri in platea MANUT. FACC. Similiter reliqui. Hodie ibi ad ecclesiam.

C · RAPIDIVS
C · F · RVFVS
IIII VIR · A · · P ·
SIBI · ET ·
SEMPRONIAE · L · F
TERTIAE · VXSORI
C · RAPIDIO · C · F
RVFINO · FI
C · RAPIDIO · C · F
NEPOTI
RAPIDIAE · C · F
MAXIMAE · NEPTI
T · F · I

Descripsi ego, sed festinans. Habent ex Antiquis Felicianus cod. Marc. f. 136, cod. Ver. f. 50, a Manfimo ut ait, et Redianus f. 132'. Deinde Hier. Bononius syll. f. 33 et ant. l. 1 p. 32; Panvinius Vat. 6035 f. 135; Manutius cod. Vat. 5237 f. 73; Burchelatus epit. (1583) p. 149 (inde Grut. 463, 5) et hist. p. 503; Pinelli cod. Ambros. C. 61 inf. f. 116; Goslinius Feltrinus adscripsit ad cod. Cicognae n. 3541 in fine; cod. Marcian. XIV, 175 f. 24' inter Feltrina; Orsato ms. et *marmi erud.* 1669 p. 26, cui misit Petrus San Fiore; Carolus Silvestri apud Calogerà 5 (1731) p. 399, cuius patri Camillo misit Facciolatus; Temanza ms.; Lazzari apud Calogerà 40 (1749) p. 409; *Raccolta Ferrarese di opuscoli scient.* 5 (1780) p. 136; Coletus inscr. Tarvis. n. 29.

Minores errores antiquiorum non adnotavi. — Vv. continuat praeter antiquos Burchelatus in epit. — 1 G· pro C· et sic deinceps Lazzari et aliquoties Ambros. — 3 VIR om. Panv. — A·P ego et reliqui et Felicianus (Marc.), V·P Felic. (Veron.), CAP Red. — 4 ET om. Burch. — 6 TERENTIAE Silv. — VXSORI Felic. Bon. Ambros. Lazz. Col., VXS/RI ego, VXORI reliqui. — 7 C·P pro C·F Bon. — 8 RVFNO Lazz., C·RVFINO Bon. Burch. Goslin. Ambros., C·RVFINO Temanza. — FI ego et reliqui et Felicianus (Marc.), F Red. *Racc. Ferr.*, FIL Panv., om. Felicianus (Ver.) — 10 in fine L add. Manut. — 13 T·F Manut., om. Panv.

2092 Riese ad septentrionem versus Castelfrancum rep., dum instauratur ecclesia S. Mariae *delle Cendrolle* praesente LAZZARIO.

L · VILONIV|*s...*
IIII VIR · PRAEF|*i. d*
T · F · |*i*

Scoti misit Muratorio Tarvisio 22 Febr. 1732. Lazzari apud Calogerà 9 (1733) p. 191 (cf. ib. 10 p. 483. 40 p. 393) qui dedit aere incisam. Ab hoc pendent opinor reliqui: Mur. 759, 6 non ad exemplum Scoti, quod citat, sed ex Lazzario supplementis Lazzarianis in textum admissis; Pococke cod. 22994 f. 111 vix ex lapide; Guerra p. 24 et f. 2, qui ligno incidit; Orelli 3869.

2093 Asoli in ecclesia S. Salvatoris ad portam.

ALEM
DECREVE

Guerra p. 78 ex schedis Furlani.

2094 erat in villa Fonte prope Asolo antea in casa colonica, deinde apud Victorem Guerram, qui dono misit a. 1735 Ant. Henr. Scotio Tarvisium isque posuit in curia IO. HENR. SCOTI collato ANT. SCOTO et LAZZARIO apud Calogerà 40, 397. Tarvisii in aedibus comitum Scotti COL. Nunc ibi in curia.

protome mulieris — *protome viri*

T · FIRMIVS · Q · F · TARVISANVS
SIBI · ET · SVIS

Contuli. Ant. Scoti *memorie del Beato Benedetto XI* (Tarvisii 1737) p. 179, et apud Mur. ms. 18, 224 et 19, 226, ed. 1085, 1; *Giorn. di Treviso* 1741 p. 13; Io. Henr. Scoti mon. Tarv. f. 183; Lazzari apud Calogerà 40 ad p. 416, ubi aere expressa est male; Pococke p. 126 n. 4; Coletus ms. n. 7; Guerra p. 73; Pulieri p. 203.

2095 *a Salvareto villa di Asolo nel Trivigiano* ZENO. Eius nominis vicum in territorio Asulano esse negat LAZZARI apud Calogerà 40 p. 402; intellegendum esse fortasse vicum Sulgaretae prope Oderzo. Alios cogitare de Salgaredo vico Tarvisini agri scribit GUERRA p. 80, addens in charta a. 1054 ita legi: 'actum in villa de Salvaretto nunc S. Georgii de Castro Cucco in Colle Musono in domo' cet. Cuius chartae fides mihi admodum dubia videtur esse.

VA · SELENE · VO
LACINO · MAR
CON·QVO·ViX·AN
XL · SINE · VLLA
DISCORDIA
ARCITECTO
ET · VOL · HIL
LAR · B · M · P

Zeno ms. et *lett.* 1, 338 misit Muratorio a. 1705 (inde Mur. 976, 4).

1 malim VAL*eria* SELENE VOL*umnio* LACENO. — 3 V·LX traditur.

2096 Cavasi prope Asolo *levata da un focolare in casa di un muratore* LAZZARI. Cavasi *vicino al già demolito castello di Cies* GUERRA. Deinde Cavasi in aedibus Piloni LAZZ., postea in aedibus Angeli Branchi GUERRA. — Sine loco SCOTI; Tarvisii apud Scotum MUR. errore.

ARVIINIAII
CVTIILLAII
LIB · NIGIILLAII
ARVIINIVS
NIGIILLAII
LIB · DONATVS
I'IICIT

Scoti apud Mur. ms. 19, 227, ed. 1573, 7; Lazzari in ep. ad Mur. ms. et apud Calogerà 40 (1749) p. 405; Guerra p. 81 cum epistula de eo titulo a Camillo Silvestri data ad Facciolatum a. 1712; Coletus n. 36 a prioribus omnino.

Litteram *e* sic ut supra repraesentatur dant fere reliqui, sic H factam esse scribit Lazzari eandemque figuram interdum habet Scoti ms. — 1 ARVIINIA Scoti ms., ARRVNNIAII Guerra. — 2 CVTILLAE Guerra. — 3 LIB Lazz., AIBA Scoti ms. — 4 ARVNNIVS Guerra. — 5 NIGILLAII Guerra. — 6 DONATVS Guerra. — 7 I'I-IICIT Scoti ms., 'HICIT Lazz., FECII (sic) Guerra.